

vel croceum montanum, Ges. hor. Lilium sylvestre alterum, Dod. fol. Hemerocallis Chalcedonica, Cam. Lilium rubrum Zufiniare polyanthon Clus. hist. Pannonica. III. Lilium convallium à natali solo nomen habet, Oenanthe videtur apud Theophrastum, hoc flore est albo, vel rubente: illud majore vel minore quod frequentissimum. Lilium convallis vel sylvestre Lilium, Brunf. Lilium convallium, Trag. Matth. Lac. Ges. hor. Dod. fol. Lob. Cast. Ges. Lugd. Tab. Cam. Ephemerum non lethale, Fuch. Lilium vernum Theophrasti, Dod. gal. & Lob. Callionymus & Chamæcitimus, Ges. hor. Catalia, Lonicero.

Αλευκόιν.

LEUCOIUM, SIVE ALBA VIOLA.

CAP. CXXI.

Leucoion vulgaris est notitiæ, sed in florib. differentia quædam: namq; aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inveniuntur. Luteum verò præcipui in medicina usus. Hujus aridi flores servati in deflectionibus, valent contra vulvæ inflammationes, & menstrua expellunt: sanant oris ulcera, cum melle: cum cerato, rimas sedis. Semen duum drachmarum pondere ex vino potum, aut cū melle inditum, menses, secundas, & partus extrahit. Radices cum aceto illitæ, lienem reprimunt, & podagricos juvant. 4.

a Catu-
cuz.
Nomina.
2 το κίον
θαλάσσιον,
αἰ θι το
θαλάσσιον
ῥωμαίοις
ῥιολα μα-
ρίνη
δυναμὴν
ἔχει καὶ
ἀντὶ τού-
του αὐτὴ
ῥωμαίοις
i. Leucoi-
um mari-
num, alii
violam
marinam
Romanis
viola ma-
rina vim
habet eā-
dem et
ipsum cū
priori
leucoio.

I. LEUCOIUM ALBUM,
& Purpureum.

II. LEUCOIUM AUREUM.

Leucoii
confid.

Cheiri.

Dioscori-
dis locus
suspectus.Leucoii
hist.Leucoii
vires ex
Gal.

Leucoion etsi Latinis albam tantum violam ipso nomine significat: tamen à rei barbaria authoribus & pro cæteris violarum generibus, luteo scilicet, purpureo, cæruleoq; colore distinctis, saepe usurpari solet. Id hodie officinis, atq; etiam medicis iis, qui Arabum factionem sequuntur, horum voce Cheiri nuncupatur. Leucoium omne serè genus in Italia in hortis, ac viridariis, in ædium fenestris, parietibusq; frequentissimum visitur: ubi illud in figulinis, ac ligneis vasis mulieres studiosè colunt, ac fovent. Namq; ejus flores cū coloris varietate, tum odoris suavitate tantam cum oculis, & naribus ineunt gratiam, ut in coronamenta frequentissimè addantur. Porro non temerè omne serè genus Leucoii in Italia nasci modò diximus: quandoquidem cæruleum inibi, quod sciam, non provenit. Quamobrem Marcello Dioscoridis interpreti subscribendum puto, qui Leucoium cæruleum hoc loco accrevisse suspicatur, vetustissimi Latini Dioscoridis, Longobardus literis scripti, testimonio nixus, in quo nullum planè de cæruleo Leucoii colore verbum legebatur. Suspicionem hanc augent, itaq; esse comprobant Oribasius, & Serapio, quos item id verbum hoc loco non habere comperio in simplicium censu: cū aliòquin reliqua Dioscoridis referant. Profligant omnia genera cubitali altitudine ramosa, caule brassica exiliori, sed foliorum facie variant. Siquidem tametsi omnibus folia sint oblonga, id tamen, quod luteu exit floribus, foliis est longioribus numerosioribus, viridioribus, & magis in acutum desinentibus: cætera verò, nempe album & purpureum, folia gerunt breviora, latiora, & non ut in luteo mucronata: quin etiam supernè inferneq; canescentia. Cæterum ex Leucoio, sive ex albis viola floribus, utpote qui cæteros odore præcellant, Persæ odoratum illud unguentum parant: quod Jasminum appellant, ut primo libro in ipsius Jasmini unguenti mentione ostendimus, ubi eorum sententiam refutavimus, qui è floribus Gelsimini vulgò vocati id fieri contendunt. Leucoii vires tradidit Galenus libro septimo simplicium medicamentorum, sic inquit: Leucoii frutex universus extergentem facultatem possidet, ac tenuium partium est: plus tamen flores, & inter hos qui sunt sicciore, magis etiam quàm virides, aded ut & oculorum cicatrices crassas extenuent. Tum menses quoq; decoctum eorum movet, & secundas factumq; emortuum elicit & si bibatur, factum vivum perimens, & abigenus est medicamentum.

mentum: est enim id, ut si quod aliud, amarum. Quod si quis virium ejus vehementiam multa aqua admixta retundat, ac mitiget, aut certe id genus aliquo, habebit & ad phlegmonem bonum medicamentum. Sic decoctum ejus si non merum fuerit, uter phlegmonas identidem persusum sanat, potissimum quæ diutino tempore ad scirrhi modum induruerit. Sic cum cerato ulcera agere ad cicatricem pervenientia curat. Sunt vero etiam, qui cum melle ad oris ulcera adhibeant. Semen cum ejusdem sit facultatis, aptissimum est duarum drachmarum mensura potum: tum mensibus ciendis appositum cum melle, convenire creditur, sicutumque viventem interficere, ac mortuum ejicere. Radices simili quoque facultatu, nisi quatenus crassioris sunt essentia, & magis terrena, cum aceto lienes induratos sanant. Nonnulli vero & phlegmonas in articulis induratas eis curant. Leucoium aureum prestat ea omnia, quæ cetera genera, sed longè valentius. Ideoque præcipui est in medicina usus. Id *λευκίον* Græcis dicitur, quod Latinis Viola alba (quanquam eo nomine Græci & luteam, & purpuream violam comprehendunt:) Mauritanis, Keiri, Cheiri, sive Alcheiri: Italis, Violabianca: gialla & pavonazza: Germanis, Gelb Violon / und Weiß Weil: Hispanis, Violetas amarillas, & Violetas blancas: Gallis, Violettes, & Girofles Violiers rouges, blancq, jaunes.

Leucoium, id est, viola alba, potius foliorum, quam florum ratione: aliud enim est foliis candidioribus & mollioribus, quod Candidum à foliorum colore dicitur, habetur enim majus & minus, & quidem floribus candidis, cinereis, puniceis, variegatis: aliud folio planè viridi, quale est luteum dictum, quod simplici eoque majore, vel minore est flore: aut pleno est, I. Leucoium folio incano majus, C.B. Viola purpurea, cærulea, rosea, candida Trag. Viola matronalis alba, purpurea, punicea, Fuch. qui tres distinctas figuras habet. Viola alba & purpurea, Lob. icon. Leucoion, Dod. gal. Leucoium album & purpureum, Matth. Lugd. Leucoium album, purpureum, violaceum, Tab. Leucoium candidum majus, Dod. fol. 20 Leucoia proprie dicta, Gesl. hor. Leucoium album hortense, Cam. Viola alba, quæ & matronalis, Cæsalpino. Foliis est integris, aliquando etiam sinuatis: sic & floris folia, aliquando in lacinias dividuntur. I. I. Leucoium luteum foliis viridibus, C.B. Leucoium. Brunf. Lac. Cord. in Diosc. Cast. Leucoium aureum, Matth. Lugd. Leucoium luteum, Fuch. in icon. Dod. fol. Lob. Viola lutea, Trag. Fuch. in fol. Dod. gal. Cæsalp. Keiri, Gesl. hor. Cheiri, Lon. Viola petraea lutea, Tabernæmontano.

Κραταεγονον.

CRATÆOGONUM.

CAP. CXXII.

Cratæogonum, sive, ut aliis placet, cratæonon, foliis melampyro simile est, multis calamis ex una radice emicantibus, multorumque geniculorum: semine milii. Nascitur in opacis, & frutetosis parte plurima: summo opere acre. Traditum est à quibusdam, hoc si bibat jejuno ore, ter die post menses purgatos, tribus obolis, in cyathis aquæ duobus mulier, ante conceptum quadraginta diebus: vir modo contumili, totidem diebus ante coitum hauriat, virilis sexus partum futurum.

Quamvis putent nonnulli Cratæogonum esse quandam Persicaria vocatæ speciem, ego tamen eorum sententia non sum subscribere, quod Persicaria nulli ferè notis Cratæogonum emulati mihi videatur. Neque verò aliam herbam, quæ Cratæogoni effigiem repræsentaret, hæcenus reperi, aut repertam vidi in Italia, ubi tamen ipsum nasci non negaverim. Sed certe id inventu difficile suspicor, quoniam ejus descriptio, quemadmodum & sequentis, ab omnibus, qui extant, rei herbaria authoribus, obscura satis & confusa traditur. Κραταεγονον sic Græce, ut Cratæogonum item Latine vocatur: Cratæogono, Italicè.

40

Φύλλον.

PHYLLON.

CAP. CXXIII.

Phyllum quod elæophyllum vocatur, in saxosis nascitur: duum generum est. Quod autem thelygonum appellant, provenit musci modo, folio oleæ, sed colore magis herbaceo: caule tenui, brevi: radice exili: florem album profert: semen papaveris, majusculum. Sed arrhenogonum cætera huic simile, solo fructu distat: habet enim racemolum quiddam deflorentibus oleis non dissimile. Arrhenogonon potu, masculi sexus facere partus, ut thelygonon semine, proditur: horum Cratevas author est. Sed hujusmodi historiæ tenus mihi produxisse visum est.

50 A liter sanè mihi persuadere non possum, (ut etiam sibi persuadet Marcellus Vergilius) quàm in hoc Phylli capite subesse mendam, perversamque esse lectionem scriptorum (ni fallor) negligentia, præsertimque, in his verbis. τὸ αὐτὸ θυλὸν ὡς λυγρὸν ὡς περὶ βέβαιον ἔχον χλωρὸν ἴσως ἴσως τὸ φύλλον. Siquidem ὡς περὶ βέβαιον nulla ratione hoc in loco convenire videtur, cum olearum folia, nullam cum musci capillamentis conformitatem habeant. Videtur præterea nobis non parum astipulari Theophrastus: quippe qui de Phyllo scribens lib. 9. cap. 19. de plant. histor. ita scriptum reliquit. Thelygoni fructus similis est muscosis oleæ floribus, pallidior tamen. Quo fit, ut mihi persuadeam in Dioscoride esse legendum: φύλλον ἢ ἐλαιοφύλλον ἢ ἡλαιοφύλλον καλῶσι, φέρονται ἐν πέτραις, τὸ αὐτὸ θυλὸν ὡς λυγρὸν ὡς περὶ βέβαιον ἔχον χλωρὸν ἴσως ἴσως τὸ φύλλον. Hoc est Phyllum quod Elæophyllum vocant, nascitur saxosis locis, Thelygonum fructum edit olearum floribus similem, pallidiorem tamen: folia verò olearum viridiora. Quod verò Phyllo folia insunt olearum similia, videtur dubio præcul affirmare Dioscorides cum inquit: φύλλον ἢ ἐλαιοφύλλον καλῶσι. Quo fit, ut asserere jam non verear plantam, cujus hic appicta est imago, à nobilissimo Jacobo Antonio Cortuso, materia medica peritissimo mihi missam, legitimum esse phyllum Thelygonum, omnibus astipulantibus notis. Ruellius legitimum phyllum eam putat esse plantam quam majorem Persicariam vulgò vocant, sed mea quidem sententia fallitur. Cum Persicaria locus humentibus, uliginosisque proveniat: Phyllum verò siccis, aridis, & petrosis ut Dioscorides testatur. Qui tamen, si ejus verba accuratè expenderit, unde forte ea omnia sumpsit. Quo fit, ut mirari non liceat si nobis quoque Phyllum cognitu sit difficile, quin & flores minimè respondent. Phylli (quod viderim legerimque) non meminit Galenus, nec Paulus, nec Oribasius. Quod quidem sanè arguit, aut quod in eorum Dioscoridis exemplaribus hoc phylli caput non legeretur, aut quod fortasse putarunt phyllum esse Dioscoridi adulterinum, imò ipsis fuisse incognitum. Ceterum non desunt qui velint Phyllum

Phylli
confid.Phyllon
Theoph.Phyllon
Ruelli
est Persicaria.



Phyllum à Linoz. osti, hoc est Mercuriali, non differre, quòd pluribus tum notis, tum facultatibus sibi invicem respondeant. Verum quod cum iis non possum libere consentire, hac me maxime animo suspensum detinent, quoniam Mercurialis folia habet ocimi, helxinae cognata, non autem olivæ: florem herbaceum non album: quòd præterea Mercurialis nascatur passim in hortis & vineis, non in saxosis tantum: quòd de his deniq; seorsum diversisq; capitibus scripserint Dioscorides, & Plinius, utpote de rebus inter se differentibus. Equidem hoc anno plantam inveni inter saxa in Salvatico monte non longè à Goritia, folio mercuriali crassiore, breviorè, aliquantulum in ambitu serrato: semine jam deflorentis olivæ simili. Quibus utiq; notis ea mihi visa est satis Arrhenogono suffragari. Sed an verum fuerit Arrhenogonum, pro certo affirmare non ausim: quo factum est, ut hic imaginem pingendam neglexerim. Phylli meminit Theophrastus lib. 9. c. 19. de plantarum historia, ubi ita scriptum reliquit: Quædam ad procreandum marem aut fœminam valere traduntur. Quamobrem Phyllon tum arrhenogonum, hoc est, marificum, tum thelygonon, id est fœminificum vocant. Ambo inter se similia sunt & ocimi speciem referunt. Fructus thelygoni modo musci oleaginei, verum pallidiori, arrhenogoni verò sicut olivæ, cum primum ex muscoso flore emergit, geminus modo testiculi hominis: hac Theophrastus. Ex cuius nimirum verbis colligi potest, Dioscoridum codicem hoc in loco depravatum esse: quandoquidem Theophrasto thelygonum non nascitur musci modo, neq; folium habet olivæ viridius, ut in Dioscoride scriptum legitur: sed fructum quidem fert in modum musci oleæ, pallidiorem tamen. Quæ certè thelygoni notarum diversitas facit, ut planè suspicer in Dioscoridis potius, quam in Theophrasti verbis mendum aliquod subesse. Atq; adeò sit, ut quasi non dubitem asserere eam plantam, quam ego reperi (ut ante dixi) in Salvatino monte, verum Arrhenogonum esse: non solum quòd descriptioni pulchrè respondeat, sed etiam quòd in notis ferè non dissentiant auctores illi gravissimi.

Nomina.

Herba, quæ Græci φυτόν, Latinus & Phyllum, & Folium appellatur: Italiis, Pbillo, & Folio.

Phyllon, aliud mas, aliud fœmina: at Matthiolus sua figura fœminam exprimere videtur, quare utriusq; figuram adposuimus. I. Phyllon testiculatum, C.B. Phyllon Arrhenogonon, Advers. Lob. icon. Lugd. Phyllon marificum, Clus. hist. Hisp. Tab. Phyllum mas, Lob. & Dod. fol. Cast. II. Phyllon spicatum, C.B. Phyllon, Matth. Ges. hor. Phyllon thelygonon, Adv. Lob. Dod. fol. Lugd. Phyllum fœminificum, Clus. hist. Hisp. Tab. Phyllum fœmina Castori.

Oxyr.

TESTICULUS.

CAP. XXIV.

60

Testiculus, quem Græci cynosorchin vocant, foliis circa caulem, & ima ejus parte in terra stratis, oleæ molli similibus, longioribus, angustioribus, lævibus: caule dodrantali: floribus purpureis: radice bulbosa, oblonga, olivæ modo angusta, duplici ordine superiore, quæ plenior est: inferiore, quæ mollior, ac rugosior. Eduntur radices coctæ, ut bulbi. Ex quibus si majorem edant viri, mares generari dicuntur: si minorem fœminæ, alterum sexum. Addunt, in Thessalia, mollem mulieres in lacte caprino bibere, ad stimulandos coitus: aridam verò ad inhibendos, & alterum alterius potu resolvi. Nasceitur in petrolis, & fabuletis.

Oxyr.

I. TESTICULUS I.

II. TESTICULUS II.



III. TESTICULUS III.

IV. TESTIC. IV. IN
majoribus figuris.



Οξυς τριφύλλος.

TESTICULUS ALTER.

CAP. CXXV.

Testiculus alter a alio nomine Serapias, Andrea authore vocatur: quoniam radix ad multa utilis sit. Foliis est porri, latoribus, oblongis, pinguibus, ex alarum sinu inflexis: caule palmeo: floribus penè

Hhh

purpu-

α δὲ καὶ
ἐν γένει αὐτῆς
καλεῖται
Ἰνδιανὴς
ἢ Ἀνδρῆας.
ἢ, quem &
Serapidē
vocant
alii, velut
etiam An-
dreas, ita
habet
meum
purpu-

V. TESTICULUS V. IN
majoribus figuris.

VII. TESTICULUS V.

† Orib.
add. ὡς το
πολλ. i. ut
plurimū
a Pro ista
periodo
meum
tantum
habet. xxi
συνωρίνη
φάρμακον
i. & c. ut
dicunt in-
citare.

a jure
rior. i. ro-
busto, ita
Cat.
b Orib.
leg. πον-
ος. i. den-
so.

Satyrii, &
Testicu-
li confid.

Errant, mea quidem sententia, omnes ferè hujus ætatis medici, ac seplastarii: quippe quod Canis testiculus legitimi Sa-
tyrii vice passim in medicamentis utantur. Nam hæc planta (si Dioscoridi credimus) notis. ac facie maximè inter se
distant, quamvis viribus, & facultate non longè dissimiles. Testiculorum enim radices, præter id quod animalium testes re-
presentant, oblongæ sunt, binæ utrinque, pendentes: superior tamen altera, quæ plenior est: inferior altera, quæ mollior, &
rugosior,

VI. TESTICULUS IV.



purpureis: radice testiculis simili. Quæ illita tumo-
res discutit, ulcera purgat, & serpere eadem non pa-
titur: abolet fistulas, & illitu inflammationes lenit.
Aridæ radices nomas inhibent: sanantq; putredi-
nes, & oris ulcera cacoethe: alvum sistunt è vino
potæ. De hac, eadem quæ de testiculo canis, pro-
duntur.

Σατύριον.

SATYRIUM.
CAP. CXXVI.

Satyrium aliqui trifolium vocant, quoniam tria
† fert folia, ad terram infracta, rumici, aut lilio si-
milia, minora tamen, ac rubra: caulem cubitalem,
nudum: florem lilii effigie, candidum: radicem bul-
bosam, mali magnitudine, fulvam, intus ut ovum
candidam, gustanti dulcem, & ori non ingratam.
Quam in vino nigro austero bibere convenit, con-
tra opisthotonum. Utendum ea dum concumben-
di incessit cupiditas: siquidem ea proniores ad Ve-
nerem fieri affirmant.

Σατύριον ἐρυθρόνιον.

SATYRIUM
ERYTHRONIUM. CAP. CXXVII.

Est & alterum Satyrium erythronium, sive ery-
thraicon, id est rubrum, semine lini, majore, a
duro, levi, splendente: quod fectur non secus atq;
scincus libidinem excitare. Cortice radices gracili,
b rufo, intus autem album includitur, sapore dolci,
non ingrato ori. In montosis, & apricis enascitur.
Venerem, ut produnt, si omnino manu teneatur, ra-
dix stimulat: coque magis, si bibatur in vino.

VIII. SATYRIUM PRIMUM.

IX. SATYR. ERYTHRONIUM.

X. PALMA CHRISTI
major.

rugosior. Satyrii vero radix bulbosa, malig, modo extuberans describitur, colore exterius fulva, interius ut ovum candida, gustanti dulcis, & ori non ingrata: cui per omnia fere similis est alterius Satyrii radix, quod Erythronium appellatur. Ceterum verum Satyrium, ut ingenue fatear, haecenus in Italia videre mihi non licuit. Atqui Erythronii vocati radicem mali effigie, cortice tenui, & rufo, candida intus pulpa, sapore dulci, orig, non ingrato, Damasco Syria misit ad me Cecilius Martinellus Ravennas, Pharmacopaei praestantissimus, & rei herbariae admodum studiosus: in montosis & apricis nascitur, cujus imaginem hic excudi curavimus, ut discant, qui Orchim Satyrium esse contendunt, quantum a scopo aberraverint. Testiculi itaq, plura habentur genera foliis & floribus differentia, ut ex appictis hic imaginibus, qui facile discernere poterit: quae in pratis montium collibus, & herbosis pascuis nascuntur. Vires uniformes habent. Testiculi species quinque, folia gerit plantagini proxima, superne striata, caulem dodrantalem glabrum levemq, flores spicatos, tum candidos, tum quandoq, purpureos: radices (ut ceteri) duas oleae magnitudine. Provenit in montibus herbofo solo. Ea omnia potest, quae cetera genera. Quibus & illud addendum esse existimaverim, cujus radix humana manus similitudinem refert. Vulgus praedicta radice figura id Palmam CHRISTI appellat. Avicenna haec radices Digitos citrinos nuncupat, etsi eos digitos citrinos esse perperam, nullaq, quod in libro suo legerim, ratione ducti negent Monachi illi, qui in Mesuem commentarios ediderunt. Hujus duo in Anania vallis montibus habentur genera. Unum majus, quod folia allio latiora, nigris respersa maculis, caulem rotundum, levem: florem spicatum, varium, in purpurea albicantem, odore non ingrato: radices duas, quae sane testiculos caninos referrent, nisi ramis quibusdam quasi digitis, humanam manum exprimere viderentur. Alterum minus, quod foliis constat croci: caule do-

drant ali. junceo, laviq, in cuius cacumine flos emicat purpureus, amaranthi amulus, saturatiori tamen purpurea splendens qui recens odorem quam suavisimum reddit. Hujus exiccati floris pulvis ex aqua ignitum chalybem experta, epotus (ut perhibet ii. qui ita esse experimento comprobant) dysentericis maxime prodest. Idem aquam praestare ajunt, quae per vitrea organa ex iis elicitur. Radices huic similes, sed quae alteri magnitudine cedunt. Excalfaciunt utraq, (ut author est A-

Hbb 2

vicen-

* XI. SATYRIUM BASILI-
cum pratense maculatum.*XII. PALMA CHRISTI
minor.

vicenna siccantq; secundo recessu, crassa corporis excrementa pellunt, faciemq; detergunt. Dantur maniacis magno iu-
mento quin & in nervorum affectibus. Seminis pulvis drachma pondere ex vino potus, comitialibus subvenit. Item radices
decoctū vino diutius commistum, quod bibendum paratur tam in prandio, quam in cena. Radices Nicolai Florentini testi-
monio, febrem quartanam fugant: is namq; earum tantum usu Biliotum quendam curatum retulit. Fuchsius Palmam
Christi non recte pace ejus dixerim, inter Satyrii genera depinxit: siquidem ea potius, meo iudicio, inter Canis testiculos
erat representanda. Quin etiam in eo mihi plane errasse videtur, quod Satyrium triphyllum perinde atq; canis testiculos,
cum duabus radicibus pictura expresserit contra Dioscoridis delineationem, qui unam tantum radicem Satyrio mali ma-
gnitudine reddidit. Nisi fortasse is potius fuerit pistoris lapsus. Hallucinantur praeterea una cum Mesue Patres illi reveren-
di, qui in ejus antidotarium commentati sunt: quippe qui male sibi per suaserint, tot esse Satyrio radices, quot Canis testi-
culus. Verum si Dioscoridem consulant, & hinc quam aperte decipiantur, intelligunt. Sed hu facile errandi occasioem po-
tuit dedisse Plin. quem lib. 26 cap. 10. Orchin. id est testiculum, cum satyrio turpiter confudisse constat. Caterum quoniam
legimus Satyrio deficiamus, officina ac medicus ejus vice Testiculorum radices suppeditant, infelici tamen, nec pari successu. Nam
et si ad prolem gignendam testiculorum radices praetuleri Dioscorides, quod major a viro devorata masculum gignat, minor ve-
ro a femina summatim: deturq; mollius feminis bibenda in lacte caprino ad stimulantem venerem, arida vero ad inhiben-
dam, non tamen ob id unquam competeri quengquam, qui ex earum largiore esu reserret, semag ad venerem fuisse excita-
tum, quam esset priusquam eas comedisset. Sed id forte fortuna illis accidit, quod utraq; simul radices ederim medicorum
imperitia, quo factum sit, ut altera alterius vim destruxerit, cum alteri vis insit, ut venerem stimulet, alteri vero ut ean-
dem inhibeat. Id quod fortasse is non eveniret, si legitimum haberemus Satyrium: vel si herba inventi posset, qua homines
salacissimos reddat, cuius Theophrastus meminit libro 9. cap. 22. de plantarum historia, ubi ita scribit. Ad rem autem ve-
neream mirum in modum herba pollebat, quam Indus attulerat. Non enim solum edentibus, sed etiam tangentibus tan-
tum genitalibus vim dixere vehementem adeo fieri, ut quoties vellent, corae valerent. Et quidem qui usi fuerunt, duodecies
egisse dixerunt. Indum autem ipsum, qui vel magno atque robusto corpore erat, septuagesies aliquando corvisse satyriem
licuit audire: verum emissionem seminis guttatim fuisse, demumq; in sanguinem devenisse. Mulieribus vero vehementius
etiam citari libidinem, cum eo medicamine usa fuerint, dicebatur: haec tamen Theophrastus. Canini testiculi vires posterit a-
tis memoria mandavit Galenus libro 8 simplicium medicamentorum, sic inquit. Orchis nuncupatur & Cynos orchis ea-
dem herba. Radici ejus bulbosa ac gemina, vi mesli humida, & calida, ac gustantibus dulcori apparet. Caterum major ra-
dix multam videtur habere humiditatem excrementitiam, & flatuosam: quapropter epota venerem excitat. Altera vero,
minor videlicet, contra admodum elaborata est, ita ut ejus temperamentum ad calidius, & siccius vergat. Unde haec radix
non modo non stimulat ad coitum, sed etiam plane contra cohibet, ac reprimat. Eduntur rosae bulborum more. Orchis vero,
quem & Serapiada nuncupant, sicciores facultatem obtinet, quam ut primi ordinis haberi mereatur: quocirca ad vene-
rem non similiter accommodus est. Oedemata illius discutit, & ulcera sordida purgat, & herpes sanat. Siccatus multo
etiam magis desiccatur, adeo ut & putrescentia contumaciaq; ulcera sanet. Habet etiam quippiam subadstringens, ac pro-
inde ventrem ex vino potus sistit. Meminit item Satyrii Galeodem libro. Satyrium inquit, aut Triphyllum humidum, &
calidum temperatura est: quamobrem gustu quoq; apparet dulce. Attamen recrementitiam, & flatuosam humiditatem
possidet: quocirca ad venerem incitat. Haec vero & herba ipsius radix praestare potest. Porro, ut quidam scribunt, ex vino ni-
Nomina, gro austero potum sanat opisthotonon. Planta, quae Gracis ὄρχις, & νύκτις ὄρχις, & ὄρχις ὄρχις, Latine Testiculus, & Testiculus
canis

Fuch. er-
rata.Mona-
chorum
lapsus.Herbz
venere:
Theoph.
mentio.Canis te-
sticuli vi-
res ex
Galeno.Satyrii
vires ex
Gal.

Nomina.

I. HORMINUM DOMESTICUM.

II. HORMINUM SYLVE.



IV. SCLAREA.

Sclarea
vires
Matth.Hormi-
nū Plinii.Hormi-
nū fru-
gū genus

Nomina.



Dod. gal. Cam. Cæs. Horminū domesticum, Matth. Horminum, Lac. Lob. Dod. fol. Lug. Cast. Tab. Ormi-
num verum quorundam, Ges. hor. Orminum minus, Lonicero. II. Horminum sylvestre salvifolium. C. B.
Horminum sylvestre, Matth. Cast. Lugd. Cæs. Hormini sylvestris tertii altera species, Clus. hist. Pan. Or-
vala altera, Dod. fol. Verbascum salvifolium, Lob. in iconibus. III. Horminum Syriacum. Planta est Scla-
reæ forma, caulib. cubito altioribus, angulosis, lævissimè hirsutis, in alas divisis, foliis in feriorib. palmum
longis, latis, subasperis, sinuosis; superioribus angustis, oblongis levioribus; flores, forma florum Sclareæ,
albi

oriuntur, in quibus nigrum, pellucidum, ac rotundum inclu-
ditur semen. Radicibus nititur multifidis, subnigricantibus.
Sertitur in hortis, & viridariis. Excalfacit, attenuat, discutit,
aperit, resolvit. Hanc et si Dioscoridis Horminum non sit, ego
tamen Horminum majus, aut odoratum Horminum appella-
verim. Hujus folia ex aceto imposita, panos per se, vel cum
melle discutiunt: item surunculos priusquam caput faciant
vel acuminentur. Itala mulieres odorati Hormini seminis
granum oculis caligantibus imponunt, nec ex oculo auferunt, 40
nisi caligine soluta. Hormini uriusq, meminit Plinius lib. 22.
cap. ultimo ubi in eum errorem lapsus deprehenditur, in quem
& in stachy eundem incidisse superius ostendimus. Nam ubi
Horminum foliis marrubio similibus depinxisse opus erat, ei
folia porri tradidit, nimirum Græcorum nomen vicinita-
te deceptus: negatur enim marrubium significat, & porri verò
porrum, quod Plinius legisse videtur. Est & Hormini genus à
Theophrasto, Galeno, & Plinio inter fruges annumeratum:
quod (ut Galenus auctor est lib. 1. de alimentorum faculta-
tibus) inter erysimum, & cuminum mediam naturam ob- 50
tinet. Caterum Hormini, de quo hic nobis est sermo, meminisse
Galenum in libris simplicium medicamentorum, non reperio:
quamvis ejus mentionem fecerit Paulus, qui tamen illa tan-
tum refert, quæ à Dioscoride mutuatus est. Græci eam plan-
tam ἰσχυρὸν vocant, ut etiam Horminum Latini: Itali, Hor-
minio salvatico. At Sclarea, Italis, Sclarea, Scarleggia seu
herba di san Giovanni: Quibusdam Marrisalvia: Germanis,
Scharlach: Gallis, Orvod, seu Toubonne.

Horminum, quodd imperu in Venerem agat, seu 60
stimulet, cujus plures sunt differentiæ: hic de sativo,
sylvestri & Syriaco. I. Horminum sativum, C. B.

III. HORMINUM SYRIACUM.

albi: semen parvum & compressum rubris costis donatum, cinereum, nigris lineis sine ordine conspersum, inodorum, quod sub lingua ut Ocymi semen lentescit, in vasculis concluditur. Hujus semen Bisarmat nomine, D. Bernhardus Paludanus, dum Patavium ex Syria rediisset, exhibuit. Sunt qui Aman vocitent, at Cam. in suo horto Bisermas nominat. IV Horminum Sclarea dictum, fortè Tussilago altera Plinii, & si seminis formam usumque perpendas Alektorolophos Plinii statuere poteris, C.B. Sclarea, Matth. Cast. Cam. Taber. Cæsalp. cui & Scopa regia Plinii & Baccharis Diosco. Scarlea, Lobel. (cui & Centrum galli) Clus. hist. Pan. Gallitricum sativum, Trag. Gallitricum, Dod. gal. Lugd. Horminum, Gef. hor. Orminum sativum, Fuch. Cord. in Diosc. Orminum majus, Gef. hor. ap. Lon. Orvala, Dodo. fol. Cast. Scordium alterum Plinii, Dalechampsio in Plinium.

HEDYSARUM.
CAP. CXXIX.

Hedysaron, quod unguentarii pelecium, id est securidacam vocant, frutex est, foliis ciceris: semen rufum in siliquis fert, corniculorum modo aduncis, quod ancipitem securim æmulatur, unde nomen accepit: amarum gustu. Stomacho utile in potu. Additur in antidota. Cum melle ante coitum subditum, concipiendi spem adimit. Nascitur in fegetibus, & hordeis.

Quoniam Securidaca inter triticum & hordeum quandoque proveniat, frequentior tamen inter aphacam nasci cernitur. Id quod etiam testatur Theophr. lib. 8. cap. 8. de plant. hist. ubi Securidacam in aphaci gigni, eam aphacen necari prodidit Plinius similitudine vocabulorum deceptus lib. 18. c. 17. Securidaca lentem complexu strangulari scribit. In eo autem error deprehenditur, quod phacon pro aphace legerit, & verterit: nam Græci lens & phacis vocatur, non aphacis, quæ Securidaca vicia genus est. Sed re quod Plinio refragatur Theophrastus, qui loco citato aracam, non autem securidacam lenti innasce ex majori & inimicari tradidit. Duo Hedysari sive Belecini habentur genera, et si Dioscorides unum tantum meminit, alterum, quod ris hist. majus, alterum, quod minus appellaverim. Majus foliis exit ciceri proximus, undecim ex uno processu erumpentibus.

I. SECURIDACA MAJOR.

II. SECURIDACA MINOR.



Hbb 4

Cauliculus

Securid.
minoris
descrip.

Securida.
ex vires
Matth.

Hedysari
vires ex
Gal.

Nomina.

Cauliculos edit tenues lentosq., floribus diluto purpura colore rufescentibus, ut in piso. sed minoribus. Siliquas habet corniculatas, quadantenus falcatas, pressas, ad unco cacumine, in quibus rufum concluditur semen ancipitis securis effigie, unde illi nomen, amari saporis. Radice nititur unica, albaq., non sine adnatis fibris. Minus majori fere simile est, nisi quod folia minora spectantur, numerosiora, & in cacumine retusa. Quinetiam, & caules, & rami, & cetera quotquot sunt partes minores habentur. Flores edit alteri haud ab similes, sed pusillos, ex quibus cornicula oriuntur rotunda, incurva, & acuminato cacumine, quae per maturitatem rufescunt, in quibus semen continetur alteri simile, sed minus, ac tenuius. Radice nititur gracili, alba, longa, & alte descendente. Nascitur & ipsa inter segetes in agris. Ea omnia, quae majori adscribuntur, ea quoq., in minori reperiuntur. Bibitur utriusq., semen contra venenosorum animalium morsum. Eiusdem farina, vulnera & putrida ulcera abstergit, quemadmodum & lentigines, & albos, & cutis maculas omnes, ubi frequenter melle optimo excepta illinatur. Pectus quoq., expurgat à crasis, pituitosisq., excrementis ex melle, aut defruto delincta. Necat eadem in-
10
testinorum vermes ex dulci lixivio pota, aut ex vino, aut ex humano lacte, addito croci momento. Hedysari meminit Gal. lib. 6. simp. med. sic inquit. Hedysarum, aut pelecium. Huius fruticis semen colore rufum est, utrinq., anceps, uti secures. Amarum, & subacribum apparet: quamobrem potum gratum est stomacho, & viscerum obstructions expurgat. Idem praestant totius fruticis ramuli. Planta quae Graecis ὀνόςμα, Latinis Hedysarum, & Securidaca nominatur: Unguentarii Pelecium: Italis similiter Hedysaro, & Securidaca.

I. Securidaca filiqua oblonga, C.B. Securidaca major, Matth. Cast. Cam. Securidaca secunda, Dod. gal. Securidaca, Gef. hor. Hedysarum, Gef. hor. Lac. Lob. Lon. Cas. Hedysarum majus, Lug. Cam. Hedysarum primum, Dod. fol. Lugd. Hedysarum legitimum, Clus. hist. Pan. Pelecium, Gef. hor. II. Securidaca filiqua falcata, C.B. Securidaca minor, Matth. Lob. Cast. Cam. Hedysarum alterum, Dod. gal. & fol. 20
Lugd. Hedysarum minus, Lugd. Cam. an Securidacae similis Celsalpino?

ὀνόςμα.

ONOSMA.

CAP. CXXX.

Onosma oblonga folia habet, ad similitudinem anchusae, longitudine quatuor digitorum, & unius latitudine, mollia, in terra jacentia, sine caule, sine semine, sine flore: radice nititur oblonga, tenui, infirma, rubescente: gignitur in asperis. Folia in vino pota, partus extrahunt. Praegnans, si eam supergre-
diatur, abortum facere dicitur.

Onosma.
eis Celsid.

ONOSMA.

Onosma-
tis vires
ex Gal.

Nomina.



Planta quaedam ex collibus, quae variis herbis refertos cir-
30
ca Goritiam natura collocavit, in asperis nata jampridem ad me allata est, quae folia habet minoris anchusae: radices vero ejus ita rubescunt, ut quasi rubia videantur. Ex his notis, quae quidem pulchre Onosmati respondent, non potui non adduci, ut eam verum Onosma putarem. Unde etiam ejus picturam addendam diligenter curavi, ut de ea aliorum quoque sit judicium. Sed certe ut verum fatear, mihi adhuc incomptum est, an hac caulem, flores & semen proferat: siquidem eam hactenus non nisi caule, & reliquis viduam videre mihi licuit. Onosmatis vires tradidit Galenus lib. 8. simp. 40
med. sic inquit. Onosma, vel osmas, vel phlonitis, vel ononis, ex acris, & amara constat substantia: proinde quoque creditur satius necare, & ejicere, solius ejus in vino potus. Ut Graeci ὀνόςμα, ita etiam Latine, pariter & Italice, Onosma vocatur.

Onosma Matthioli, cujus & figura & nomen reser-
servarunt Lacuna, Castor, Lonicerus, Lugdunensis
historia, & Tabernaemontanus: esse autem Lycopfi
cognatam & in Anchusis habendam, ex figura colli-
50
gi posse credimus.

Νυμφαία.

NYMPHAEA.

CAP. CXXXI.

Nymphæa nascitur in paludibus, & stagnantibus
aquis, foliis fabae Aegyptiae, minoribus & longio-
ribus, aliis in summa aqua, aliis demersis, pluribus ex
radice eadem prodeuntibus: flore lilio simili, albo, &
60
in medio crocos habente: cum defloruerit, ut rotundum malum, aut papaveris caput, extuberat: a nigro
semine denso, & lato, lenti gustus. Caulis est laevis, niger, minimè crassus, Aegyptiae fabae cognatus: radix
nigra, & scabra, clavæ similis, quae autumnò secatur. Sicca cum vino pota coeliacis, dysentericisq., auxilia-
tur, & lienem absumit. Radix stomachi, ac vesicæ doloribus illinitur: vitiligines ex aqua emēdat: imposi-
ta cum pice, alopecii medetur: eadem contra veneris infomnia bibitur: siquidem ea prorsus adimit: pota
assidue aliquot diebus, genitale infirmat. Idem semen potum efficit. Nymphæae nomen sibi vendicasse
videtur, quoniam aquosa amet. Plurima invenitur in Elide, in Anygro amne, & in Boeotiae Aliarto.

Νυμφαία

Cast. leg.
amato.
Ori. leg.
leg. pa-
crassa.

Ori. leg.
i. Cilicia.